

Epistola scribitur, hæc dicit Filius Dei, qui habet oculos tanquam flammam ignis, & pedes eius similes aurichalco. Histacite admonetur Episcopus ut imitetur Christum, ac prævideat scelera illarum mulierum, in eisque corrigendis, ac dissipandis habeat fortitudinem, zelum, ac solidam constantiam in adversis instar aurichalci in camino quod ibi magis perficitur, purificatur, ac splendescit in tore auri, & id quod videt oculis, pedibus ad executionem properet, & opere impleat, & ideo cum oculis coniunguntur pedes. Secundò, cum Dominus ad arguendum Episcopum venit, dicitur habere pedes similes aurichalco, ut inde instruantur Prælati tales habere pedes ponderosos & graves, ut considerare admodum procedant in omnibus suis actionibus, ac determinationibus, nec sine magno rationis pondere aliquid faciant, & resolvant.

Prælati omnia efficiant cum rationis pondere.

417. Rupert.

Prælati inflammatus charitate, fortitudinem habet in adversis.

418. Iacch.

Vita contemplativa eminet cognitione, activa vero fortitudine.

419. Laur. nr.

Maria suos amatores illuminat, & inflammat eorum adversarios.

420. Richard.

quom infans sensu in utero, quo senex frigidus flagrat in i. n. p. o. Stabat Ioannes in utero materno absconditus, & frigidus alore peccati: erat & in templo senex, qui frigiditibus artibus mortem expectabat. Exurgit Maria in montana visitat Elizabeth, & ex utero Mariæ. In carnatum verbum totam illuminat, & inflammat. ut esset lucerna lucens, & ardens. Ioan. 5. num. 35. Venit Iesus, manibus Mariæ in templum, & sic calefit senex, tantæque flamma luminis repletur, ut ipsam luminis vim in signi et in Christo decantaret, Lumen ad revelationem gentium Luc. 2. num. 32. Ecce calor, ac spiritus vitæ à Iesu, manibus, ac interventu Virginis Mariæ.

421. Cantic. 7. D. August.

Maria ipsa, mercharitas in fideles.

422. Zachar. 2. Richard. de S. Lauren.

Item. 1.

1. Petr. 5.

A muro igneo Maria fugit diabolum.

423. 1. Cor. 4.

D. Amad.

Per Mariam calor & vitæ gratia.

quem

Cantic. 7. num. 6. O quam pulchra es charissima in deliciis: commaniter Patres Græci, & Latini legunt: Charitas in deliciis. D. Augustin. tract. 65 in Ioan. O quam bene sibi cantatur charitas in deliciis. Deus ob suam infinitam perfectionem non solum in concreto dicitur sapiens, iustus, omni potens, sed etiam in abstracto ipsa sapientia, iustitia, ac omnipotentia, propter summam identitatem, quæ datur inter ipsam naturam divinam, & perfectiones attributales, ut ipsamet deitas sit ipsa ratio formalis sapientie, iustitie, ac potentie: sic proportionate, quantum fas est liceat in creatis philosophari, quod tam identificata est charitas, ac benevolentia cum ipsa Virgine Maria, ut totum quod in ea est, sit ipsa charitas in suos. O quam bene sibi decantatur charitas in deliciis. Ita summae delicie, ac perjuvuntates eius sint eius eximia charitas in suos, qua eos illuminat in fide, inflammat in amore filii, ac custodit ab omni diabolico incurfu.

Ait Zacharias Propheta, cap. 2. n. 5. Ego ero ei manus in circuitu, & in gloria, ero in medio eius. Litera deum respicit, sensus allegoricus B. Virginem mariam. Richardus de S. Laurentio lib. 5. Ipsa sua charitate, flamma murus igneus nobis est, sui splendore illuminat in agnitione filii sui calore inflammat in eius amore, & ut murus fortis undique nos protegit, munit ab incurfu adversariorum. Et cum suos ab incurfu adversariorum custodit murus igneus dicitur, & cur non potius murus æreus ut de Ieremia 1. n. 8. profertur, D. di te & in murum æreum. Agnosce altum mysterium. Auctor est plinius lib. 14. historiar, quod Leo quamvis fortis, & ferox viso igne statim terga vertit, & magno conatu fugit. Adversarius noster Diabolus tanquam Leo rugiens, 1. Petr. 5. n. 8. Inde apte Maria Virgo murus igneus: nam Diabolus crudelis leo, & adversarius noster cum custodiam, ac protectionem Virg. Mariæ sentit, & agnoscit, statim de præda spem amittit terga vertit, & magno conatu totus in fugam se dat.

Non est qui se abscondat à calore eius Ps. 18. num. 7. quod de B. Virg. in sensu allegorico à multis intelligitur. in ipsa tanquam in sole posuit Divinus sponfus tabernaculum suum & à calore, ac flamma charitatis ac pietatis non est qui se abscondat. D. tamen ad adus homil. 1. de calore Christi D. dicit nobis per Mariam venit, præfata verba interpretatur. Vere magnus, ait, quem unigenitum Pater misit in mundum, quem Virgo corporaliter effudit, quem Virgo concepit, Virgo peperit, annuntiat ab Archangelo, nascitur ex sacra Virgine, & à Joanne adhuc inter matrem visceribus clauso præmonstratur, susceptus à sena Simeone. Hinc per Prophetam dicitur, non est qui se abscondat à calore eius, quis enim in calore eius abscondit, quem

Joan. 5.

Luc. 2.

424.

Fides initium charitatis perfectionis.

Colof. 3.

Clem. Alex. S. Prosper.

425.

1. Cor. 4.

Ministerium Episcoporum est pauperibus elemosinas cogere. D. Bernard.

quom infans sensu in utero, quo senex frigidus flagrat in i. n. p. o. Stabat Ioannes in utero materno absconditus, & frigidus alore peccati: erat & in templo senex, qui frigiditibus artibus mortem expectabat. Exurgit Maria in montana visitat Elizabeth, & ex utero Mariæ. In carnatum verbum totam illuminat, & inflammat. ut esset lucerna lucens, & ardens. Ioan. 5. num. 35. Venit Iesus, manibus Mariæ in templum, & sic calefit senex, tantæque flamma luminis repletur, ut ipsam luminis vim in signi et in Christo decantaret, Lumen ad revelationem gentium Luc. 2. num. 32. Ecce calor, ac spiritus vitæ à Iesu, manibus, ac interventu Virginis Mariæ.

QUESTIO LVI.

Expenduntur opera huius Episcopi, scilicet fides, charitas, ministerium, & patientia.

Ait Deus huic Episcopo: Novi opera tua, quæ maxime digna sunt approbatione. & inter ceteras ejus eximias virtutes, fidem ejus, ac charitatem commendat, & utramque immediate palat, ac connectit. Cur una nominata, aliam silentio non involvit? Utramque apponit, utramque coniungit; primam scilicet fidem, ut prin ipsam salutis, est enim omnis boni fundamentum, lumen totius nostre operationis in finem debitum, inde jure optimo primum locum vendi car sine fide enim impossibile est placere Deo. Post hanc sequitur charitas, qua fides formatur, & vivificatur; charitas est consummatio operis in pari, ipsa quæ ppe addit nostris rebus, ultimam perfectionem, ac magnum valorem, ut nostra opera, tantò pretiosiora, ac perfectiora sint, quandò majori charitate fuerint insignita, eò quòd in præceptis charitatis universa lex pendeat, ad quam apostolus Paulus exhortans Colossens. 2. num. 14. Super omnia, ait, charitatem habere, quod est vinculum perfectionis. Fides ergo inchoat, sed charitas perficit. Clemens Alexand. lib. 2. Stromat. Præcedit fides, S. Prosper lib. 3. de Cantic. c. 13. Charitas est alt. onum bonarum summa, morum salus, cal. sium præceptorum sens. mors criminum, vita virtutum.

Laudari etiam in hoc Antistite ministerium ejus, an hoc sumendum sit pro universo munere episcopali multi autumant, tum circa officium suum, & dignitatem suam, tum circa alia, ac divinum cultum ac etiam prædicationem Divini Verbi, in quibus omnibus hic Episcopus fuit fidelis inventi. ut cum apostolo dicere possit 1. Corinth. 4. n. 1. Sic vos existimet homo in ministerios, & dispensatores mysteriorum Dei. At verdò multò plures hoc ministerium intelligunt de ministracione, operatione, & obsequio infirmantibus, oppressis, egenis, ac pauperibus, Christi exhibitio? & merito sanè, nam verum Episcoporum ministerium est indigentibus elemosinas elargiri, ac miserorum necessitatibus subvenire Ita Ambrosius, Ansbertus, Richard. Victorinus, D. Bernard. Senen. qui

sic ait; Et ministerium nempe in elemosynarum largitione, & pauperum sublevatione, quibus de suis facultatibus largiter erogabat, quod est ministerium Episcoporum. Unde quidquid ipsi thesaurizant, ut parentibus non indigentibus vibrant, vel in usus superfluos expendant, vel solacioribus conferant, hoc totum surantur, & subtrahunt pauperibus Crucifixi. Unde Isai 3. n. 14. Rapina pauperum in domo vestra est. Id est, quæ largiter, & superflue committitis in domo vestra, pauperum rapina est.

Isai. 3.

Commendatur etiam Episcopus à patientia sua, non lat erat quod ipsum laudaret à fide qua credebatur in Deum à charitate, qua ipsum diligebat; ac etiam à ministerio suo, quo largiter multas elem. synas pauperibus erogabat; quomodo ergo his omnibus positis cum nulli inferret injuriam, sed potius quam plurima bona in multos distribueret laudatur à patientia, quæ malorum persecutionem præsupponit; quia qui pie volunt vivere in Christo, non immunes sunt à persecutorum tyrannide, ac impietate, sed potius illà maxime vexantur. Richardus Victorin. Quoniam, ait, omnes qui in Christo pie volunt vivere in eum credendo, ipsum diligendo, ipsi serviendo, pauperibus propter Deum ministrando, persecutionem patiuntur, bene subditur, & patientiam suam scio, scilicet in adversis.

426. Quis pie vivunt in Christo persecutionem patiuntur.

Sed cur post eximias virtutes laudatas, post fidem sine qua impossibile est placere Deo, post charitatem, quæ est honorum perfectio, additur his patientia; quasi sine illius adminiculo illæ virtutes non videantur Deo acceptæ? Ita videtur sentire Tertullian in princip. lib. de patient. Ita patientia, ait, præposita Dei rebus est, ut nullum præceptum obire quis, nullum opus Domino complacitum præparare extraneus à patientia possit.

427. Richard. Nullum opus Deo placitum sine patientia.

Multis encomijs Apostolus celebrat charitatis magnitudinem, 1. Corinth. 13. v. 2. dicens. Charitas patiens est, benigna est, charitas non amulat, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non querit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Stylus Apostoli maxime ponderandus, elogia charitatis à patientia inchoat, & in eadem virtute terminat. Primum ait, Charitas patiens est, deinde omnia suffert, & tandem concludit, ac terminat omnia sustinet. Sed quid patientia cum charitate? Charitas omnium est Regina virtutum omnibus imperat, sine illa, ac sine vta sunt ceteræ virtutes; quomodo ergo Apostolus, ut charitatem extollat, patientiam uti ut argumeto; quamvis charitas virtutum Regina, sic est imbibita ac germanata cum patientia, ut ab ipsa habeat charitas exordium, ac terminum, ut ab ipsa accipiat coronam, decorem, ac splendorem suum, quo super omnes virtutes fulget, & quo maxime Deo placet, quomodo enim major est charitas, tantò magis circumvallata ac munita est patientia. D. Cyprianus de bono patientiæ. D. Cyprian.

428. 1. Cor. 3.

Charitas conservatur, & coronatur media patientia.

Tolle charitati patientiam, & desolata non durat, tolle sustinendi, tolerandique substantiam, & nullis radicibus, ac viribus perseverat; Apostolus denique cum de charitate loqueretur, tolerantiam illi, & patientiam injunxit. Offendit inde illam tenaciter perseverare posse, quod non omnia sustinere. Deinde quod ea, quæ sunt charitatis,



charitatis, obsevari non possunt, nisi media patientia. Deinde ut non iures, neque maledicas, ut tua ablati non repetas, ut accepta alapa, & alteram maxillam verberanti praebeas; & ut omnia peccata dimittas, ut diligas inimicos tuos, ut pro adversariis, & persecutoribus preces facias, non potesque ista perficere, nisi patientia, & tolerantia firmare.

QUESTIO LVII.

Quare tantum laudantur opera huius Episcopi, quod essent plura prioribus?

429. Joach.

Qui bene accipit, ne tepescat in virtute.

DE hoc jam egi in Expositione. Deinde ait Ioachim Abbas, & opera tua novissima plura prioribus. Tanto maioris precantii, & laudis est, quanto per paucos sunt, qui non tepescant a fervore novitio, & remissa conversatione, ab his, in quibus ardere videbantur, frigeant. Bene laudantur opera istius Episcopi, quod opera huius Episcopi essent plura, & illustriora prioribus, cum multi sunt, qui bene incipiunt, & magno conatu virtutem tenent, & tamen statim tepescunt & deficiunt. Unde ait Aristides in Platonica, in stadio ille praemium tenet, non qui in exordio vehementer currit, sed qui magno fervore in fine cursus metam tenet: sic ait ille. Idque ubi que obinet, ut in ipsis quoque praemiis adeo cursus ipsius non iis, qui initio reulerint, sed qui praeerint, signum datur. Vide supra hoc n. 9. 7. num 58

430. Ansbertus.

Astor. 15.

A minimis ad maiora sint profectus.

451.

Cantic. 2. In virtutis via ad ulteriora procedendum.

D. Nyssen

Secundo. Ansbertus. Sciendum, ait, quia in exordio Ecclesia electorum levioribus, ac facilioribus praeceptis in fide solidata est, quia & ordo tenerioris vitae posebat, ut a menibus inchoaret, quatenus crescendo ad maiora pervingeret. Quod probat ex eo, quia in exordio Ecclesiae quatuor tantum capitula observanda gentibus proponerentur ab Apostolis. Hoc est ut se abstinerent a contaminationibus simulachrorum, hoc est a cibis eis immolatis; & fornicatione, quia gentes putabant simplicem fornicationem non esse peccatum; & suffocatis, exstimabant esse Daemonum cibum; & sanguine. Astor. 15. num. 20. quia lambant sanguinem morecanum, Sic pergit citatus Ansbert. At cum processu temporis, parva spatia devoluta fuissent, creverunt ad cultum perfectionis, ita ut multi credentium cuncta mundi postponerent, habita pauperibus distribuerent, patres, mares, uxores, fratres, &c. propter vitam aeternam relinquerent. Ecce ut arbitror, in pro certo retineo, novissima Ecclesia opera plura predicantur prioribus, quia nunc usque effectus sui sagacitate percipiunt, & usque in finem saeculi perpendunt.

Ait anima sancta Cant. 2. n. 10. En dilectus meus loquitur mihi, surge, propra amica mea; seu juxta aliorum lectionem ait: surge, veni. Postulat ut surgat: non tamen ut ibi stet, & consistat, sed ut ad altiora ascendat ut properet, & cum multa diligentia, ac festinatione ad ipsum veniat semper enim Spiritus Dei ad maiora impellit animos. Gregor. Nyssen homil. 5. sic ait. Quoties dicit: Surge & veni, totus ad id

quod est melius ascensionis, ea qua accipit sequuntur a verbo adiciuntur: nam qui pulchram ex pulchra jubet fieri, operie accipit illud speculicem ipbens eandem imaginem a gloria transferri in gloriam: adeo ut semper videatur esse gloria, quod accipitur, quod semper invenit.

Turbis ait Christus d. Joan. 12. n. 35. Ambulate dum lucem habetis, ut vos tenebra non comprehendant. Si ambulat, cur aliquando non sedebunt, nam qui semper ambulat, fatigatur, & quiete indiget: Quanta differentia est in cursu naturali, ac in cursu spirituali virtutum. Qui naturaliter pedibus ambulat, quiete indiget, alias deficiet, & peribit. At in itinere virtutis ipsa quies mors, & interitus est, & idem est, quod ipse quiescat ac non proficiat, ac quod pereat, & deficiat. D. Bernard. serm. 49. Ergo, ait, non ambulat, sed sedentem a mortis tenebris comprehendit periculum est, & quis sedens, nisi qui non curat proficere. Vide supra quaest. 41. num. 301. 302. 303.

Apoc. 2. n. 20. Sed habeo adversus te pauca: quia permittis mulierem Jezabel, quae se dicit Prophetam, docere & seducere servos meos, fornicari, & manducare de idolotytiis.

Num. 21. Et dedit illi tempus, ut poenitentiam ageret, & non vult poenitere a fornicatione sua.

VERSIONES.

Arabic. n. 20. Habeo adversus te querelam aliquam.

Primas. D. Cyprian. Epistol. 52. Habeo adversus te multa, quod finis uxorem tuam Jezabelem, &c. manducare de sacrificiis.

Cyrus. Quod finis uxorem tuam Jezabel, & docet, & seducit servos meos, ad fornicandum, & edendum, quod idololatram, &c.

Arias. Permittis mulierem tuam, quae dicit se ipsam Prophetem.

Tygarina. Et fornicari, & edere de his, quae simulachris immolantur.

Occumen. Docet ut fornicentur, & edant de his, quae idolis immolata sunt.

Syrus. n. 21. Dedi illi tempus ut converteret se.

Aretas, Tyg. dedi illi tempus ut resipisceret

resipisceret a fornicatione sua, nec resipuit.

Tertul. lib. 2. Largitus sum illi temporis spatium ut poenitentiam iniret, nec vult eam inire nomine fornicationis.

EXPOSITIO XII.

433.



ABEO adversus te pauca; seu ut alii legunt multa. nam quamvis usque modo secundum tuas proprias virtutes, ac actus tuos posit. voste maxime usque modo laudaverim, tamen reprehensione reum iudico ex omissione, ac injuria tui pastoralis officii, eo quod permittis, seu finis in Ecclesia tibi commissa.

434.

Mulierem Jezabel. Exiit hae Jezabel nobilis & potens aliqua femina haeretica, quae se prophetissam mentiendo esse dicebat, & multum propagavit sectam Nicolaitarum, quod faciebat, aere publice tanquam ex officio, quod nunquam licuit mulieribus, seducere servos meos; falsa tanquam vera eis proponendo ad credendum, form. ca. 1, quod intelligitur de concubitu materiali, ac corporali libidinoso, & vago inter qualibet personas, & manducare de idolotytiis. Quod supra explicatum est, id est, de immolatis, seu de his, quae idolis immolabantur.

435.

Dedi illi tempus ut poeniteret. Deus qui vult omnes salvos facere, dedit illi tempus, ut praeterita mala plangeret; & non vult poenitere, in quo notatur haec mulier dura cervicis, & multa pertinacia, qua obstinata erat, in secula, & in aeterna sua libidine.

QUESTIO LVIII.

Quanam esse impudica haec mulier Jezabel?

436.

3. Reg. 16. Rupertus. D. Chryf. Prima prophetarum. mors, per mulierem.

ANTE Christi adventum fuit quaedam impudica Jezabel, filia Regis Tyri, uxor Achab, quae ex Tyro idolum Baal, & Baalistas induxit in Judaeam, & persecuta est prophetam Heliam, aliosque Dei cultores, deiqua 3. Reg. a cap. 16. De nomine, ac impietate huius mulieris, ait Rupertus in praesenti Jezabel nomen ejus interpretatur fluxus sanguinis, & ipsa prior Prophetas Domini persecuta est, & occidit: ante illam nullus quippe dicitur Prophetas occidisse. Tanta impietas, & crudelitas ab una muliere commissa est.

Quaestio inquirat, quanam sit haec mulier Jezabel. D. Epiphanius haer. 51. hanc refert ad mulieres Montani, scilicet Priscillam, Maximillam, & Quintillam, quae contendebant Montanum esse Paraclitum: haec tamen mulieres castitatem simulantes secundas nuptias damnabant; haec autem Jezabel docebat fornicari.

Secundo. Aretas in muliere Jezabel accipit Nicolaetas, ait: Jezabel dicitur Nicolaetae pro-

pter suas libidines, & impietates. Tertio, Ticon. Primas. Bruno Asten. Rupertus, Haymo latius in Jezabele accipiunt omnes haereticos effrenatos, libidinosos, ac crudeles in Christianos, quibus maxime competit nomen Jezabel, hoc est fluxus sanguinis, quia sanguinem justorum maxime effundere anhelant ob suam multam crudelitatem, deinde ob ipsam Jezabel uxorem Achab; qui enim aliquem in suis actibus imitatur, eorum nomen participat; sed de Nicolaetis, ac haereticis effrenatis jam Dominus supra egit, Ergo hic aliquid novi dicitur.

Quarto. Alcazar per Jezabel interpretatur Synagogam, seu Judaeos, qui insatiabili odio persequuntur Apostolos, ac Christianos, sicut Jezabel persequuntur Eliam, ac Dei cultores; & in hac sua sententia ipse auctor, quae de Jezabele hic dicitur, mystice explicare contendit: unde per fornicationem accipit illicitam legalium observationem, quae est quaedam spiritualis fornicatio, & per idolotytorum elum accipit nimiam familiaritatem Christianorum cum Judaeis. Sed contra, ubi verba Scripturae proprie possunt intelligi, non est confugiendum ad mysticas intelligentias, atque figuras; hic autem nihil prohibet mulierem intelligere sicut sonat, & idolothyta sicut sonat, & fornicati sicut sonat, ergo ita accipiendum est. Et ideo

Et quia, & vera ac genuina sententia ad litteram in Ecclesia hujus pertinet fuisse quandam specialem mulierem proprio nomine Jezabelem dictam, quia in sacra Pagina praecipue in novo Testamento ubicumque exprimitur aliquid proprium nomen alicuius personae denotat certam, & specialem existentiam a parte rei: atque hic exprimitur proprium nomen huius mulieris Jezabel; ergo ad veritatem historicae mulier quaedam certa est sic dicta illo tempore in Ecclesia Thyatirensi, quae se prophetissam dicebat, & sub specie sanctitatis ceperat docere, & seducere fideles, avertens eos a vera pietate, & inducens in errores; ac libidines turpes. Ita Beda, & etiam Primas. ac Rupertus, Peter. Cornel. & M. Joan. de La Haye.

Et confirmatur, quia si Dominus intelligeret aliquid mysticum non apposuisset mulierem, sed diceret Synagogam, vel aliquid simile; ut dixi hoc cap. n. 9. Qui se dicunt Judaeos esse, & non sunt, sed sunt Synagoga Saranae. Si intelligeret mulierem mitantem antiquam Jezabelem, hoc etiam denotare, ut de Nicolaetis ait hoc c. 2. n. 14. Tenentes doctrinam Balaam. Ergo erat certa, & determinata mulier, quae tunc temporis erat in illa civitate.

Quaeres tamen an haec mulier Jezabel esset uxor huius Episcopi? Cornelius a Lapide ait quod sententia affirmativa sit nova, & improbabilis; tamen quod sit sententia nova nullo modo potest dici, quia Syrus expressè legit, finis uxorem tuam Jezabel. Et ita etiam legunt D. Primasius, D. Cyprianus, Epistol. 52. & ex radice Graeca Arias, mulierem tuam. Hanc sententiam expressè tenet antiquus Aretas Caesariensis Episcopus Cappadociae: pro ea videtur stare D. Thomas cum ait per se Jezabel intelligi aliqua mulier huius Episcopi perverfa, & erronea, Et etiam idem habet Albertus Magnus, & non dissentiunt Richardus Victorinus, Dionysius Carthusianus, D. Bernardus Cardinalis.

Primas. D. Bruno. Rupertus. Haymo.

439. Alcazar.

440. Vera sententia.

Beda. Primas. Rupertus. Peter. Corn.

441.

Apoc. 2.

442.

An esset uxor Episcopi. Corn. Syrus. Primas. D. Cyprian.

Aretas. D. Thom.

Albert. Richard. Carthusian. D. Bernard.

Q